



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Ægidivs Conf. 1. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

SEPTEMBER.



S. ÆGIDIUS CONF. 1. Septembris

Stemma in ÆGIDIO regium indoles munifica
 prodidit. Nam puer prætextam exiit, ut pa-
 perem agrum indueret. Et hic quidem morbum
 cum centonibus posuit, at ille nudus cætera, ut
 virtu.

1. Sep
 virtut
 sibi ve
 pie co
 onnem
 las A
 cum ce
 trem. c
 melico
 ma pot
 fera a
 natoru
 & prec
 canes a
 dere. I
 dio for
 canobio
 tis veni
 gravior
 studiosè
 scheda
 lendum
 noster s
 tatis for
 mirum
 Ex Lipp
 Vend
 huic sac
 tiis incu
 latave
 lum, sea
 lin. epist.

virtutem & miraculum saltem tegeter, ablatam sibi vellem à nescio quo non satis noto homine piè commentus est. Eodem scilicet furto assem omnem paternum abstulerunt egeni, quando Gallias ÆGIDIYS petiit, & post multa prodigia eadem cum cervâ latebras habitavit. Atque, ut qui matrem deseritis, alia cælo ubera esse sciatis, hæc famelico eadem cervâ præbuit. Exclamare hic Roma potuisset: Ecce fera hominis hospes: ecce homo fera asylon. Etenim cum nutricem frequens venatorum corona cingeret, tutelam sinum ÆGIDI & preces habuit, quibus ad telii jactum damnati canes allatrare prædam potuerunt, non prehendere. Ipse Rex Clodoveus libertatem cervæ, ÆGIDIO fortuitâ sagittâ tunc vulnerato cœnobium, cœnobio dotem regiam donavit, sibi unam erroris veniam oravit. Et verò non hujus modò, sed gravioris etiam sceleris impetravit, quod quidem studiosè ille occultavit, sed ÆGIDIYS sub devinis scheda annotatum è cælo accepit, nunquàm delendum, nisi stylum Rex vertisset. Divus porro noster satis jam à terrâ lactatus ad perennes beatitudinis fontes contendit, quos aded appetivisse quid mirum est? à nutrice suâ cervâ sicium hanc bibit.

Ex Lippeloo & Pet. de Natal.

Vendere patrimonia & dare pruperibus stultitia huic sæculo, sed sapientia DEO est. Ut contrâ divitiis incubare, pecuniam scœnore augere, terminos dilatare violentiâ, industria & questus apud seculum, sed apud DEVM crimen & pœna est. S. Paulin. epist. 2.

S. AN.